



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Decretum de ferijs congregationis publicæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

dente Magistro Cæremoniarum ut moris est ad Illustrissimum Metropolitatum, de ipsius manu subsequentia decreta accepit, quæ ascensens ambone alia voce pronunciauit.

## Decret. de Iudicibus Querelarum.

**N**OS Carolus &c. Cognoscendis, & audiendis querelis, & controversijs, & accusationibus item, si quæ contra quoscunq; in Concilio deferantur, Reuerendissimos Episcopos Cremonensem, & Bergomensem, & Reuerendos Dominos Audoenum Ludouicum Vicarium nostrum Generalem, & Paulum Granucium Vicarium Vercellensem de consilio & assensu Reuerendissimorum Patrum Coepiscoporum nostrorum præficiimus. Quas accusations & querelas delatas ipsi audiant diligenter, & ad nos in Cōcilio referant: controversias autem antequam hic ipsum Concilium de more dimitatur, vel componere studeat, vel ex compromisso ad arbitros reiijciant; vel ad nos in Concilio referant. Quod si quæ fortasse accusations aut querelæ sunt contra eos ipsos, quibus harum rerū cognitio nem delegamus, earum cognitores constituiimus Reuerendissimos Episcopos Dertonensem, & Alexandrinū: qui antequam hæc ipsa Synodus dimittatur, eas vel componere, vel ex cōpromisso ad arbitros reijcere, vel re omni ad nos in Synodus relata, definire studeant.

## Decretum de ferijs congregationis publicæ.

**O**mibus & singulis edicimus, congregationem generalē in Archiepiscopalibus nostris ædibus, loco ad eam præcipue habendam designato, futuram singulis his ferijs, secunda, quarta, sexta, & alijs præterea, si quæ tabellæ publicè affixæ indicentur & significabuntur, signo etiam campanæ maioris, quod statu eo tempore in Metropolitana Ecclesia dabitur.

Lectis his duobus decretis, Cancell. ex ambone rogauit sententias Reuerendiss. Patrum. Tum descendens, vna cū

Pars III.

Reueredis Promotoribus sigillatim omnium sententias ordine rogauit. & cum omnes simpliciter, Placet, respondissent, Illustrissimo Domino Metropolitano de more retulit. qui dixit: Decretū placuit omnibus Deo propterea gratiæ agendæ sunt. & Responderunt Patres, Deo gratias: & ideo de suggestu de ipsius Illustriss. mandato hoc enunciavit; Decreta modò lecta plauerunt Patribus, de eorum igitur assensu ita illa statuimus vt lecta sunt.

Iterum R. Promotores in sessionem veniunt, & instant pro prouocatione facienda in hanc sententiam.

## Instantia Prom. de vocan. Reuerendiss. Episcopis &amp; cæteris.

**I**llustrissime & Reuerendiss. in Christo Pater, & Domine Metropolitane. Hic est decimus dies Maij, quo legitimè moniti Reuerendiss. Episcopi Provinciæ, & cæteri omnes quorum generatim, vel speciatim interest, huic sextæ Synodo Provinciali interesse debent: ideo instantia & requirimus, vt omnes & singuli Reuerendissimi Episcopi qui adiungunt, & qui adesse quomodounque debent, nominatim vocentur, & alij item, qui in uitati sunt. Testes etiam Synodales, & alij item quorum interest.

Audita Promotorum instantia Illustriss. D. Metropolitanus decreuit de suggestu Reuerendiss. Episcopos, ac alios supra requisitos nominatim per Concellarium vocandos esse, vt infra.

Vocantur Reuerendissimi Patres Domini Episcopi, qui huic sacræ Mediolanensi Synodo Provinciali intersunt, & interesse debent. Qui ordine singuli nominatim vocati, ita sigillatim respondebunt, Adsum.

## Vocatio Reuerendissimorum Episcoporum.

Reuerendiss. D. Episcopus Dertonensis antiquior. respondit. Adsum.

Reuerendiss. D. Episcopus Aquensis. eius nomine Procurator. Respondit. Adsum.

X 3 Rec.